



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 37. Pauper læsus, & populus audiens blasphemias, tacere debet.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)



funt congregationibus & domicilijs si sæpius illis inculcauerint, rem fecerint suo officio dignam, & virginibus ad cautelam proficuum.

## CAPVT XXXVII.

*Pauper lesus, & populus audiens blasphemias, tacere debet.*

*Pauper lesus tacebit.*

*Porticus septuorca in olympia.*

*Christus pauper & tacebit.*

**D**E primò loquens Ecclesiasticus sic ait. Eccli. 13. 4. *Dives iniuste egit, & fremet, pauper autem lesus tacebit.* Tales pauperes pauci iam inueniuntur, sed lesi verbo vno, reddunt aliquãdo septem, similes porticui in olympia quàm teste Plutarcho in moralibus septuorcam vocant, quòd pro vna voce multas redderet: ità locutullæi quidam, inquit, vel vno prouocati verbo sermonem imensum reddunt. Non ità id didicerunt à Salvatore nostro. Qui Psalm. 69. 6. † 108. 22. egenus & pauper. Et Psal.



85. 1. Inops & pauper. Et Psalm. 39.  
 18. Mendicus & pauper. 1. Reg. 18.  
 23. Tenuis & pauper. Et Zach. 9.  
 9. Rex & pauper : tamen in sua  
 sanctissima passione quasi agnus  
 coram tondente se obmutuit, &  
 non aperuit os suum. Isa. 5. 3. 7.  
 1. Pet. 2. 23. In qua taciturnitate  
 necesse est vt hoc tempore cū  
 multorum diuitum refrixit chari-  
 tas, sese exerceant illi religiosi, qui  
 ex peculiari indulto, mendican-  
 tium, sub diuersis Ordinibus, no-  
 mine gaudent.

Alterū est, vt populus &  
 communis plebs in taciturnitate  
 se exerceant, cū hæreticorum  
 quorum sermo. 2. Tim. 2, 17. *Ut*  
*cancer venenosus serpat*, blasphemias  
 præterire non poterit. Cuius  
 rei sibi fumant exemplum in po-  
 pulo Iudæorum, cū Rapsaces à  
 Sennacherib rege Assyriorum ad  
 Ezechia missus, horrendas in Deū

Populi  
 silen-  
 tium.

blasphe-



blasphemias, 4. Reg. 18. 2. Par. 32. & toto ferè capit. 36. Iſaiæ congeſſit. Quid autem ad hæc populus? mox addit verſ. 21. *Et ſiluerunt & non reſponderunt ei verbum. Mandauerat enim eis rex, dicens. Ne reſpondeatis ei. O quanta regis prudentia & populi erga regem de ſilentij mandato obſeruantia? Quam pij Chriſtiani ad hæreticorum & improborum blaſphemias meritò imitari tenentur.*

### CAPVT XXXVIII.

*Prophetis quoq; familiare fuiſſe ſilentium probatur.*

*Prophetis ſilentium familiare.*

**E**X multis, ſufficit triū aut quatuor Prophetarum exempla recensere, vbi primò occurrit Regius Propheta Dauid, qui Pſal. 138. 4. ait. *Et omnes vias meas præuidiſti, quia nō eſt ſermo in lingua mea. Pſal. 38. 2. Poſui ori meo cuſtodiam cum conſiſteret peccator aduerſum me: obmutui & humiliatus ſum, & ſilui à*

*bonis,*